



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,  
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus  
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,  
& Decretorum ad Officium ...**

**Urban <VIII., Papst>**

**[Romae], 1645**

XXVIII. Contra h[a]ereticos in locis Italiae, et Insularum adiacentium quouis  
pr[a]etextu commorantes, eorumq. fautores. Gregorivs Papa XV. Ad  
perpetuam rei memoriam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10826**

Contra h̄ereticos in locis Italiæ , et In-  
sularum adiacentim quo quis pr̄tex-  
tu commorantes, eorumq. fautores.

**GREGORIUS P A P A X V .** Edita A. D.  
*Ad perpetuam rei memoriam.*

1622.

**R**omanii Pontificis Beati Petri Apo- Exordium.  
stolorum Principis successoris mu-  
nus exigit, ut pro incumbente Domini-  
ci gregis cura, & solicitudine, Pr̄deces-  
orum suorum Constitutiones, eas pre-  
sertim, quæ ad Sacrosanctæ Fidei Catho-  
licæ conseruationem pertinent, quo suū  
perpetuum sortiantur effectum, & in-  
uiolabiliter obseruentur, innouet, et ex-  
tendat, prout rerum, et temporum qua-  
litatibus debitè compensatis, conspicit  
in Domino salubriter expedire.

§. 1. Alias siquidem à fel. record. Cle- Clem. VIII.  
mente Papa VIII. Pr̄decessore nostro edidit Const.  
emanarunt litteræ tenoris subsequentis, quæ est supr.  
videlicet. Cum sicut non sine, &c. vt su- pag. 73.

§. 2. Nos in uiolabili dictarum Cle- Hic Pont il-  
mentis litterarum, et in eis contētorum lam omnino  
quorumcumque obseruationi, quantum pr̄cipit ob-  
Nobis ex Alto conceditur, prouidere  
volentes, Motu proprio, et ex certa  
scien-

scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Clementis prædecessoris litteras, cum omnibus & singulis in eis contentis, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illasq. introducimus, ac inuiolabiliter obseruari mandamus.

**E**t plenius modo disponit contra Hæreticos.

§.3. Insuper ne ullus hæreticus in locis Italiæ, & Insularum adiacentium, neque etiam sub commercij, mercimonijs, aut alio quoquis prætextu domicilium contrahere, seu domum apertam habere propriam, vel conductam, aut gratis concessam, seu habitari, aut morari possit, earumdem tenore præsentium prohibemus, ac respectuè statuimus, et ordinamus.

**C**ontrauenientibus poenas infligit.

§.4. Contra prohibitioni autem, ac statuto, et ordinationi nostris huiusmodi parentes, seu contrauenientes, cuiusvis status, gradus, ordinis, dignitatis tam Ecclesiasticæ, quam sacerdotalis existentes, iuxta formam iuris procedatur, et puniantur.

**I**llorum fautores vti hæreticos puniri iubet.

§.5. Et simili modo eos, qui hæreticos prædictos receptauerint, eisque quoquomodo contra præsentium litterarum tenorem, fauorem, opem, seu auxiliū præbuerint, vti fautores, et receptatores hæreticorum puniri.

§.6. Sicque per quoscumque Iudices ordi-

ordinarios, et delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, et de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, ubique iudicari, et diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, et tenore predictis decernimus, et declaramus.

**§.7.** Non obstante constitutionibus, & Quibuscumque ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscumque.

**§.8.** Volumus autem, quod presentium transumptis etiam impressis, manu aliquius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibetur in iudicio, & extra, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensæ: quodque eadem presentes post duos menses à die illarum publicationis computandos, omnes, et singulos ad quos spectat, arcent, & affiant, perinde ac si univixique personaliter intimatae fuissent.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiores sub Annulo Piscatoris die secunda Iulij M D C X X I I . Pon-  
ti fatus Nostri Anno secundo.

Et ita & non  
aliter iudi-  
cari mandat.

Publicationē  
in Vrbe om-  
nes ligare de-  
cernit.

D.P.A. 2. dic  
2.Iulij.

Anno

*Anno à Natiuit. Domini Nostri IESV  
 Christi Millesimo sexcentesimo vigesi-  
 mo secundo, Indictione quinta, die ve-  
 ro prima mensis Septembris, Pontifi-  
 catus Sanctiss. in Christo Patris, & D.  
 N. D. Gregorij diuina prouidentia  
 Papæ XV. anno eius secundo, retroscripta  
 Constitutio affixa, & publicata fuit ad  
 valvas Basilicarum Sancti Ioannis  
 Lateranen. et Principis Apostolorum de  
 Urbe, & in acie Campi Floræ, ut mo-  
 ris est, per me Brandimartem Lat-  
 num Apostolicum Cursorem.*

*Oetavius Spada Magister Cursorum.*

## XXVI.

*Renovatio facultatū Superioribus quo-  
 rumcumque Ordinum, & Religioso-  
 rum quoquo modo concessarum, co-  
 gnoscendi causas suorum subditorum,  
 ad officium sanctæ Inquisitionis hæ-  
 ricæ prauitatis, quomodolibet perti-  
 nentes.*

*Edita A. D. 1606. P A V L V S E P I S C O P V S  
 Seruus seruorum Dei. Ad perpe-  
 tuam rei memoriam.*

**R**omanus Pontifex ea interdum, quæ  
 à predecessoribus suis temporum  
 & re-